



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Triapostolatvs Septemtrionis**

**Caesar, Philipp**

**Coloniæ Agrippinæ, 1642**

25. Locus sepulturæ S. Rimberti, & prioris visionis explicatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

*Locus sepulturae S. Rimberti, & prioris  
visionis explicatio.*

**I**pse autem vir Dei, cum adhuc viueret, humilitatis intuitu, præcepit ne in Ecclesia sepeliretur: quod præceptum transgredi

*Locus se- non audentes Fratres Ecclesiæ illius, sepeli-  
puleura S. runt eum foris Basilicam prope tumbam San-  
Rimberti. eti Willehadi extra murum Ecclesiæ Ori-  
entalis. Ipsumque sepulcrum postea super-*

*extructo, & in honorem Sancti Michaëlis  
Sanctorumque Martyrum Stephani atque  
Viti dedicato Oratoriolo, adornauit vir A-  
dalarius, de quo supra diximus, qui & San-*

*Explica. Et o viro successit in Pontificatum. Sicque  
vio Visionis completa est visio supra memorata, de sua  
priorie ca- & Domni Ansgarij in una Ecclesia detentio-  
prius. ne, sed muri medij interpositione ipsis ab in-  
uicem seiunctis. Est enim præfatum Orato-*

*riolum contiguum antiquæ Ecclesiæ, muro  
rantum eius Orientali ex uno in aliud aditum  
intercludente; & in ipso, ut diximus nouo  
Oratoriolo Dominus Rimbertus sepultus est;  
in antiqua vero Ecclesia Dominus Ansgarius  
requiescit. Et hoc est quod ipse in Visione  
ipsa dixisse videbatur, quod annulum Do-  
mni Rimberti secum habiturus esset, ipso  
videlicet Domno Rimberto per fidem &  
operationem bonam perfecto, non longè  
post cum ipso coniungi debente, tam in vi-*

cinita

cinitate sepulcri, quām beatæ requiei perce-  
ptione; sicut olim ipse diuino spiritu reue-  
lante prædixit. Per annulum quippe fides si-  
gnificatur, quā nobis imago Dei exprimitur;  
& quia ipso manus ornari solent, quibus ope-  
ratio designatur, rectè per hoc ostenditur,  
ornamento fidei bonum opus semper inesse  
debere. Quod quia Dominus Rimbertus in  
sua conuersatione commissis sibi semper ex-  
hibuit, rectè in præfigio mortis eius multi-  
tudo plebis annulum eius quæsisse ostensa est:  
per quod significatum est, tempore mortis e-  
ius eos qui illi suère commissi anxiè deside-  
rare, ut adhuc exemplis in illo perspectis per-  
frui mererentur. Sed hoc iam fieri non posse  
tempus expetebat requiei eius, quam Epi-  
scopus Ansgarius plebem à quærendo annu-  
lo compescens significauit, dum cum diceret  
secum esse habendum.

## C A P V T XXVI.

*Miraculum ad sepulcrum S. Rimberti.*

**S**Vspensa est etiam super sepulcrum eius  
lampas lignea, ut lumen continuum in <sup>Lampas li-</sup>  
ea ibidem haberetur: subitus ipsam verò in <sup>gnea</sup>  
superficie sepulcri velamen iacebat expassum,  
in quo fertur præclarum contigisse Miracu-  
lum; quod inquantum ex relatione narran-  
tium, vel memoriâ vel intellectu retinemus,  
ita gestum esse constat. Contigit quadam  
nocte conflagrasse eandem lampadem, ac

L 4

primò